



## Preces ante Missam ad vestiendum



### Lavans manus:

**D**A, DOMINE, virtutem manibus meis ad abstergendam omnem maculam: ut sine pollutione mentis et corporis valeam tibi servire.

### Ad Amictum:

**I**MPONE, Domine, capiti meo galeam salutis, ad expugnandos diabolicos incursus.

### Ad Albam:

**D**EALBA me, Domine, et munda cor meum: ut, in sanguine Agni dealbatus, gaudiis perfruare sempiternis.

### Ad Cingulum:

**P**RAECINGE, Domine, cingulo puritatis, et exstingue in lumbis meis humorem libidinis; ut maneat in me virtus continentiae et castitatis.

### Ad Manipulum:

**M**EREAR, Domine, portare manipulum fletus et doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

### Ad Stolam:

**R**EDDE mihi, Domine, stolam immortalitatis, quam perdidi in praevaricatione primi parentis: et, quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

### Ad Casulam:

**D**OMINE, qui dixisti: Iugum meum suave est et onus meum leve: fac, ut istud portare sic valeam, quod consequar tuam gratiam.

**Amen.**